Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ponam os meum custodiam
cui si stetit peccator adversum me
Obmutui et humiliatus sum
et silui a bonis et dolor meus re
novatus est Concaluit cor
meum intra me et in medita
tione mea exardescet ignis Lo
quutus sum in lingua mea notum
fac mihi domine finem meum Et nu
merum dierum meorum quis est ut
sciam quid deficiat mihi Ecce
mensurabiles posuisti dies
meos et substantia mea tanquam
nihilum ante te Verumtamen
universa vanitas omnis homo
vivens Verumtamen in imag
ine pertransit homo sed et
frustra conturbatur Thesaurizat et ignorat cui congregabit
ea Et nunc quae est expectatio
mea nonne dominus et substantia
mea apud te est Ab omnibus
iniquitatibus meis eripe me
opprobrium insipienti dedisti me
Obmutui et non aperui os
meum quoniam fecisti amove a
me plagas tuas A fortitudine
manus tuae ego defeci in
increpationibus propter iniquitatem
corripuisti hominem Et tha
bescere fecisti sicut aranea anima
eius verumtamen vane con
turbatur omnis homo Exaudi
orationem meam domine et deprecationem
meam auribus percipe lacrimas
meas Ne sileas quoniam ad te
ego sum apud te et peregrinus
sicut omnes patres mei Re
mitte mihi ut refrigerer pri
usquam abeam et amplius non eo
Expectans expectavi dominum et intendit
mihi Et exaudivit preces
meas et eduxit me de lacu mi
serie et de luto fecis Et sta
tuit super petram pedes meos
et direxit gressus meos Et
immisit in os meum canticum no
vum carmen deo nostro Videbunt
multi et timebunt et sperabunt in
domino Beatus vir cuius est no
men domini spes eius et non re
spexit in vanitates et insa
nias falsas Multa fecisti
tu domine deus mirabilia tua
et cogitationibus tuis non est qui si
milis sit tibi Annuntiavi et
locutus sum multiplicati sunt
super numerum Sacrificium
et oblationem noluisti aures
autem perfecisti mihi Holo
caustum et pro peccato non postula